Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Omnipotens sempiterne deus miserorum
consolatio laborantium fortitudo: perveniant ad te preces de
quacunque tribulatione clamantium. ut omnes
sibi in necessitatibus suis, misericordiam tuam gaudeant affuisse. Per xm. Psalmi finales. Dominus
ne in f. pm9. Ad dnm cum tri. Levavi.
Ps Fege et. et alie omn. Ad primas i xl. pcs.
Verba mea auribus percipe domine.
Intelligite clamorem meum. Intende
voci orationis mee. Rex meus et deus meus.
Quoniam ad te orabo domine. Mane exaudies
vocem meam. Mane astabo tibi et videbo
Quia non deus volens iniquitatem tu es.
Perficite gressus meos in semitis tuis.
Ut non moveantur vestigia mea. Ego
clamavi quoniam exaudisti me deus. Inclina
aurem tuam mihi et exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas. Tu salvos facis
speranteres in te. A resistentibus dextere
tue. Custodi me ut pupillam oculi. Sub
umbra alarum tuarum protege me. A facie
impiorum qui me afflixerunt. Vias tuas
domine demonstra mihi. Et semitas tuas